



obliviscere. Et tamen prius fuit filia, quam sponsa, prius adolescentula in domo patris, quam Regina in domo supremi Regis, & à dextris ejus; ordo iste præposterus fuit, ut indicetur gradus, per quem ex filia ad sponfam ex adolescentula ad Reginam in altum locum evecta est, renuntiatio nempe carnalis propinquitatis, Obliviscere domum patris tui. Inde obtinuit, ut esset sponsa, Regina in eminentissimo loco à dextris plena, & conspicua omni virtutum varietate, ac si dimissio carnalis agnitionis sit quædam altissima omnium celestium donorum, ac gratiarum acquisitio. D. Pasch. ad eundem locum: Ex quo liquido constat, ait, quia & si aliter nata fuerat in carne, jam ei, qui eam horat, & jubet, ut obliviscatur populum, & patrem, renata erat in spiritu: & quia renata, propterea conjugio federata; & quia federata, propterea Regina; & ideo in dextris est exaltata.

QUÆSTIO LXVIII.

Gladius exiens, ab ore Christi, explicatur de sententia in generali iudicio?

Prior mihi videtur secunda interpretatio: quid cum supra vers. 15. verbum dei intelligatur per vocem aquarum multarum, hinc commodius per gladium hunc interpretatur sententia condemnationis, qua Christus in die iudicii impios æternaliter, ac dii iustitie feriet, eosque alligabit in gehenna ignis. Ita Andr. Aret. Rup. Beda, Alb. Magn. Lyran. Steph. Vieg. Ribeira, M. Jo. de la Hay. Et sic dicitur c. 2 n. 12. Hac dicit, qui habet rhombæam, utraque parte acutam. Et Nicolait. n. 16. Regnabo cum illis in gladio oris mei, & c. 19. n. 5. De ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus, & in ipso percussit gentes: & ipse reget eas in virga ferrea. Et sic in Scriptura per gladium extrema sententia intelligitur, juxta illud deut. 32. n. 1. Si acvero, ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea. Ubi postea pars priorum explicavit, ut dei gladium, iudicium ejus esse intelligamus, quo impios damnabit. Nam gladius à clade dicitur, quasi cladius, quod cladem hostibus inferat, ut testatur Varro. Secundò hic gladius dicitur, quod exibat ab ore Christi, quia sententia finalis condemnatoria ab ore Christi exiit, sic maledicti. Ut denotetur summa Christi potestas, quæ uno solo verbo omnia valet efficere. Unde ait Paul. Hebr. 1. n. 3. Portans omnia verbo virtutis sue. pro quo nota cum Viegas in præfenti, Christum triplici modò dici gelare gladium. Primò acinctum; secundò in ore; Tertio in manu Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. In ore, ut in hoc loco. Denique in manu, Psal. 7. n. 13. Nisi conversus fueris, gladium suum vibrabit, arcum suum tendens, & paravit illum. Quo innuitur dei in puniendo progressus Primò habet gladium acinctum ostendens potentiam, ut terreat Deinde gladium in ore ponit comminando; ut deterrat. Denique, cum neutrum sufficit, gladium è vagina exiit, ac vibat, ut percussa iuxta illud Exod. 15. n. 9. Et agnabo gladium meum interficiet eos manus mea. Ezech. 5. n. 1. Et agnabo gladium meum pest eos.

Renuntiatio patris domus, affectio omnium gratiarum.

D. Pasch.

588. Gladius ab ore Christi, sententia condemnatio.

Andreas. Aretas. Rupert. Beda. Albert. Apoc. 2. Apoc. 19.

Deut. 32.

Varro. 582.

Hebr. 1.

Tribus modis Christus gladium gestat. Psal. 44. Psal. 7.

Exod. 15. Ezech. 5.

significans; sic & sermo hic motum, ac ultionem ostendere volens, gladium illum vibrare dicitur.

586. D. Ambr.

Sextò. D. Ambros. lib. 3. de Spiritu Sancto c. 8. Si Dominus Jesus interficiet impium Spiritu oris sui, gladius quidem verbi Spiritus intelligitur. Ac proinde juxta D. Ambr. quod hic gladius exiens ab ore Christi, quod sic Spiritus sanctus, quo interficiendi, ac condemnandi sunt impii. Spiritus sanctus est amor quomodo ergo ipse erit interficiens, ac damnans impium? Amor totus est benevolus, & affabilis, ac proinde maxime à detur alium ab eo, punire, & castigare: Tamen ait Ambrosius, gladius quidem verbi, interficiens impium, Spiritus intelligitur. Amor offensus, acutus est gladius, rig dumque est flagellum ad percutiendum, ac perdendum iniquum, & sui offensorum, & quantum amor erat in benevolentia, tantum si irascitur, in peccatam, & supplicium vertitur.

Amor offensus, rigidus gladius ad puniendum.

587.

Septimò dicitur hic de Christo: De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat, & facies ejus lateret, sicut Sol in virtute sua; meridiano nempe tempore. Si gladius iram & furorem minatur, quomodo facies tam radiosa, ad instar solis lucens? Quid habet pulchritudo cum armis, speciositas, ac nitor vultus cum gladio; quomodo à facie tam splendida, cujus pars est os, prodit gladius acutus ex utraque parte? Magnus est Christi iudicis, ac Regis splendor, & pulchritudo, dum impii puniuntur, ac ad peccatas damnantur. Ait Regius Vates sal. 44. n. 4. Spectatus forma præ filiis hominum, accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Speciosa & pulchritudine tua intendit, prospere, & decorem cum gladio conjunxit; ac si ejus decore, & pulchritudine in hoc maxime resplenderet, quod cum gladio, iniquos, ac impios puniret: D. Christof. ibi: Gladius est species, & pulchritudo ejus, auctoritas, & gloria in impiis damnandis nitet.

Psal. 44. Decore Regis ac iudicis gladius ad puniendum.

588.

Octavò. Gladius ex ore ejus exibat. Jesus totus, beneficis, & suavis, qui pertransit benefaciendo ac sanando omnes, quomodo nunc armatus, terribilis, metum incutiens apparet: Veniebat Dominus, ut supremis omnium Antistes, ore suo condens novam legem, oreque dans nova præcepta, ab oreque suo exiit etiam gladius: quia ubi est lex, necesse est, ut sit gladius, & poena; gladius enim, & poena, legum custodia est. Ait Regius Vates Psal. 9. n. 2. Constitue Legem super eos. Ex Hebræo legitur: Pone timorem super eos. Vox Hebræica utrumque significat, Legi iustitiam, & timorem; tibi enim est Legislator, expedit, ut detur illius timor, quo homines refrænant appetitus, & horrescant delicta. Unde ait Clem Alex orat. 1. Non enim facile arceatur cupiditas, quæ metu caret. Et pulchrè D. August. q. 22. ad 1. p. ex novo testamento sic ait: Destruxisset planè legem, si impunè peccare docuisset.

Ioan. 10. Qui inter manus deos delinquit gladius punietur.

Gladius custodia legum Psal. 9.

Hebr. ubi timor.

Clem. Alex.

D. August.

589.

In multo honore condidit Deus hominem cum magna largitate donorum, ac gratiarum; cum amplissimoque dominatu super pisces maris, volatilia Cæli, ac super cuncta animantia terræ; deditque ei Dominus omnia, quæ germinant super terram, in cibum posuitque eum in paradiso deliciarum; & inter hæc, mortis peccatum ei imponit: Morte moreris. Genes. 2. n. 27. Quomodo convenit tam terribilis mortis timor cum tanta affluentia donorum, cum tan-

Genes. 2. Qui non timet, præcepta non servat.

ta benefica liberalitate in hominem, ut sane nulla major videatur posse excogitari: Imposuit Deus legem Adam: Ne comedas de ligno vite. Et ubi lex erat imposita, exigebatur ut ad illius custodiam esset timor peccati. Tertull. lib. 2. Contra Marcionem p. 13. Quis illud appeteret, quod impunè contemneret? Quis illud custodiret, quod sine periculo emitteret.

Tertull.

Cum sceptrum Israël teneret Manasses dicitur 4. Reg. 2. n. 5. Acolebant incensum Soli, & Lunæ. Quidam adorabant Solem, alii Lunam; cur illi qui colebant Solem, non simul Lunam colebant, sed in cultu dividebantur; alii Solem, alii Lunam? Sol præcæti dicitur, non nocti. Luna è contra nocti, & non dici; inde illi homines talem sibi constituebant Deum ut in aliqua differentia temporis, ac illius præfectura, ac timore essent immunes, ut sic l. centio suis vitis indulgerent, ac peccarent. D. Cyrillus. Jerosol. Catech. 4. Al. ait, Solem ponebant, ut nocte sine Deo essent, alii vero Lunam ponebant, ut in die Deum non haberent, &c. Et ideo sine timore peccati in aliquo temporis articulo vivebant.

590.

4. Reg. 2. Manas. Leg. Manasses.

D. Cyril. Jerol.

QUÆSTIO LXIX.

Quare hic gladius dicitur ex utraque parte acutus, sicut de verbo si ve de finali sententia intelligitur?

Quæstione 67. multos graves Auctores Terenti, qui hunc gladium de verbo dei interpretantur: & dicitur hic gladius ex utraque parte acutus, propter duo testamenta quorum vi humana corda penetrantur, quorumque efficacia Ecclesiæ adversarii vincuntur ac prosternuntur; ut docet D. August. lib. 20. de Civitate Dei cap. 21. & D. Ambros. hic dicens: Gladius duo acumina habere visus: ipsi duorum testamentorum doctrinis eruditi facillè hostes devincunt. Quod optime confirmat ipse D. Ambr. in c. 22. Luc. quando dominus eis dixit, quod emerent gladios: at illi dixerunt: Ecce duo gladii. Quibus dominus respondit: Satis est. num. 38. Quomodo sufficere possunt duo gladii pro omnibus discipulis ab innumeris adversariis defendendis? Citatus D. Ambr. Duos gladios discipuli obtulerunt: unum novum, alterum veteris testamenti, quibus adversus diaboli amantur insidias; denique dicit Dominus: Satis est quia nihil desit ei, quem utriusque testamenti doctrina muniverit. Et illud maxime ponderandum, quod hic gladius ex utraque parte acutus, dicitur exire ab ore dei, quia hic gladius duorum testamentorum, quibus hæretici trucidantur, mira coherencia, ac convenientia, ab uno Deo Legislatore provenit, ut latè probat Ebdardus tom. 4. cap. 4. contra Uvald.

591.

Duo testamenta D. August. D. Ambr.

Luc. 22.

Doctrina utriusque testamenti vincuntur adversarii.

Ebdardus.

Secundò Richardus de Sanct. Victore. Gladius ex utraque parte acutus, ac hic gladius utriusque testamenti amittat vitia carnalia, ut in veteri; & spiritualia, ut in novo. In quo apertissime peccata cogitationis prohibentur: Anasitis, quia dicitur est antiquus: non occidet: ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicis. Matth. 5. n. 22. Tertio, Matth. 5. quia

592.

Richard.

Matth. 5.